A2 Latin Unseen Prose (Livy) Past Paper: 2018 (News of Maximus reaches Rome & Geminus sails to Africa)

1 Translate the following passage into English. **Please write your translation on alternate lines.** **[50]**

News of the recent exploits of Maximus impresses not only people in Rome but also the Carthaginian general Hannibal. Meanwhile, the consul Geminus sails with a fleet to Africa but his overconfidence results in disaster.

ut fama rei gestae Romam perlata est, omnes Maximum laudibus ad caelum tulerunt. par gloria apud Hannibalem hostesque Poenos erat; tum primum senserunt cum Romanis atque in Italia bellum esse. nam Poeni biennio ante et duces Romanos et milites adeo spreverant ut vix cum eadem gente bellum esse crederent cuius terribilem famam a patribus accepissent.

dum haec geruntur in Italia, Geminus consul cum classe centum viginti navium, circumvectus oram Sardiniae, ad Africam navigavit et, priusquam in continentem escensiones faceret, Menige insula vastata et decem talentis argenti acceptis ab incolentibus Cercinam ne et ipsorum ager diriperetur, ad litora Africae accessit copiasque exposuit. inde milites ad populandum agrum emissi. in insidias autem temere inlati, cum locorum ignari ab gnaris circumvenirentur, cum multa caede ac foeda fuga retro ad naves repulsi sunt. ad mille hominum cum quaestore amissum est. classis ab litoribus plenis hostium soluta in Siciliam cursum tenuit, ubi tradita est praetori ut ab legato eius Romam reduceretur.

Livy 22.30–31

Names

Maximus, -i (m)	Maximus
Hannibal, -alis (m)	Hannibal
Poeni, -orum (m pl)	the Carthaginians
Italia, -ae (f)	Italy
Geminus, -i (m)	Geminus
Sardinia, -ae (f)	Sardinia (an island)
Africa, -ae (f)	Africa
Menix, -igis (f)	Menix (an island)
Cercina, -ae (f)	Cercina (an island)
Sicilia, -ae (f)	Sicily

Words

biennium, -i (n)	period of two years
escensio, -onis (f)	landing
talentum, -i (n)	a talent (amount of money)
populor, -ari	I ravage, destroy
temere	rashly
gnarus, -a, -um	aware of, knowing